

Georg Radow

Disputatio Inauguralis Iuridica De Praescriptione Delictorum

Rostochii: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741214601>

Druck Freier  Zugang



Verjähmung von Vergehren

RU jur. 1676.

Georg Radovius, Praes. 10

Johann Christoph Schröder, Post.

Sci. Progr.

DISPUTATIO INAUGURALIS
JURIDICA

De

PRÆSCRIPTIONE
DELICTORUM,

Quam

Divinâ aspirante gratiâ,
Decreto & Autoritate

Magnifici Jctorum Ordinis,
in Almâ VARNIACA,
PRÆSIDE

VIRO Nobilissimo, Amplissimo & Consultissimo

DN. D. GEORGIO
RADOVIO,

Jcto & ANTECESSORE Celeberrimo, Nobiliss. Statuunt
Ducatus Mecklenb. SYNDICO meritissimo, & Facultatis suæ
h. r. Spectabili DECANO,

Dn. Patrono & Promotore summa pietate
devenerando,

PRO LICENTIA,

Summos in utroque Jure honores, ac privilegia
consequendi

Publico examini submittit

JOANN: CHRISTOPH: Schröder!
mortuus ante Sabitum Wismarieus. Sane suam inauguralem.

In Auditorio Majore horis ante- & pomeridianis

Ipsò Sigism. die s. II. Maji, Anno M. DC. LXXVI.

1676

ROSTOCHII Typis vidue JOHANNIS KILII Universitatis Typogr. Anno 1676

EXPOSITIO MATHEMATICA

DE QUANTITATE

ET QUALITATE

DE QUANTITATE

Q. F. F. E. I. S. J. C.

DE QUANTITATE

ET QUALITATE

DE QUANTITATE

ET QUALITATE

DE O.



DE O.

DE QUANTITATE

ET QUALITATE

DE QUANTITATE

ET QUALITATE

DE QUANTITATE

ET QUALITATE

DE QUANTITATE

ET QUALITATE

DE QUANTITATE

ET QUALITATE



Q. F. F. E. J. S. J. C.

§. I.



Vanquam non verbis; sed rebus lex imponenda. *l. 28 C d Usurio l. 2. C. Comm de legat.* tamen cum verba sint rerum nota *l. 7. §. 2. ff. d. suppell legat.* verborum prior habenda ratio est *arg. l. 1. ff. de in Jus vocand.* Præscriptio igitur (Græc. *Ἐπιγραφή* Nov. 131. c. 6. German. Verjährung / B. Do. Mey. *ad Jus Lubec lib. 1. tit 8. ad rubr.*) à præscribendo dicta, varie sumitur,

aliter à Jctorum, aliter à Grammaticorum schola: Grammaticis enim idem quod ante-scribere, quod faciunt Litteratores: vel inscribere Virg: *Ecclog 6.*

Vari præscripsit pagina nomen.

Jctis præcipuè exemplo Adoptionis & nomen generis & speciei obtinet, (frustra dissentiente Donell. *lib. 22. c. 1. lit. O P.* ibique Hillig: & ab eo allegat Covarr. uti videre est apud Gilken *in wact. d. Usucap. p. 1. cap. 2. n. 25. seqq.* ubi multis probat, præscriptionem non semper exceptionem, sed & acquisitionem ac causam producentem illam exceptionem & actionem utilem designare: *facit l. 8. l. 12 pr. C. d. præscr. long; temp. 10. vel 20. ann. l. unic C. d. Usucap. transf l. 13. §. 1 ff. d. Jurejur: l. 54 ff. d. evict. §. 5. inst. per quas pers. cuiq; acqui:* & in latiori significato nihil aliud est, nisi temporis præfinitio, seu Jus quoddam, & ex tempore nobis competens, & legis autoritate vim capiens

A

t. 1. 5

l. 1. §. 1. X d. præscr. l. 21. ff. d. Usucap. ubi Jctus Javolenus Usucapionem, cujus antea mentionem fecit, præscriptionem appellat.

§ II. Distinguitur Autore Hahnio ad Wesenb. d. Usurpat. & Usucap. n. 3. Ludvvel. diss. 6. th. 1. lit. C. Struv. Synt. Juris Civ. Ex. 43 th. 6. per rubr. & tot. tit. de divers. & temp. præscr. in præscriptionem rerum, & præscriptionem temporalem; illa idem fere quod Usucapio: hæc vero in speciali significatione nomen generis seu præscriptionis retinet; & nihil aliud est, quam exceptio, ex lapsu temporis lege definiti competentis t. r. d. Except. s. præscr. l. pen. Gult. Et. t. C. eod. plura huc facientia vid. apud Hahn all. loc. Wesenb. tit. de Except. n. 4. Coll. Arg. tit. d. Except. præscr. §. 33. E. kolt. Comp. pand. tract. tit. de Except. §. 25. Joann. Franciscum Balb. d. præscr. p. 1. princ. p. m. 11. Tabor: in Jurispr. Elem. p. 2. th. 21. in ex. Juri, Buisium lib. 4. subtil. Jur. c. 1. quo studio brevitatis Ben. Leß. remitto.

§. III. Quoad vocem Delicti notes, sumi illam & generaliter l. 13. in fin. ff. d. V. S. pro delictis tam privatis, (quæ in specie dicuntur maleficia pr. Inst. d. Obl. quæ ex Delict. nasc. l. 1. ff. d. privat. delict. Eckolt eod. tit. §. 1.) quam publicis & Extraordinariis (& in specie dicuntur criminalia l. 17. §. 18 ff. d. Edil. Edict. Et. r. d. Extraord. Crim.) & specialiter pro privatis tantum & sic propriè & frequentissimè, quemadmodum colligitur ex rubr. & tot. tit. Instit. d. Obligat. quæ ex delict. nasc. aliisque locis infinitis: læpissime tamen hæc inter se confunduntur, ut privata quoque delicta crimina vocentur l. 17. l. 19. ff. d. dolo. vid. Coll. Arg. tit. d. privat. delict. §. 2. Nos hic præscriptionem in sensu speciali, delicti vero vocem in generali accipimus significatione, & describimus quod Præscriptio delictorum sit Exceptio, quæ reus ex solo temporis lege definiti lapsu, crimen ipsum efficaciter removet, & excludit.

§. IV. Ne autem à veræ rationis tramite alienum quid dicere videamur, inquirendum in genere censemus; An etiam præscriptionis materia à recta ratione & naturali æquitate deviet? quod plane nobis negandum existimamus: cum enim publice inter sit litium finem l. f. in fin. ff. pro suo & aliquam inter desides & vigilantes differentiam l. 2. C. d. Annal. Except. Domi-

dia

nia item rerum in incerto haud esse *pr. Inst. de Usucap.* quo & sollicitudini Civium & securitati patrimoniorum, nec non utili curæ rerum & agrorum succurratur, quæ omnia incertitudine præpediuntur, ipsa salus populi, tanquam suprema lex, & singulorum domina, exigit, ut istiusmodi adquirendi modus in Republ. admittatur, qui ipso tempore possessores securos faciat, & alias acquisitiones legitimas firmet; quemadmodum elegantiissime differit Justinianus B. Dn. Mevius *in comm. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 8. ad Rubr. n. 2. conf. Donell. lib. 5. Comm. cap. 30.* Hinc de æquitate præscriptionis rerum, aliorumque similibus dubitari minimè posse putamus: non obstante (1.) *l. 14. ff. d. Cond. Ind.* quæ explicanda & supplenda ex *l. 206. ff. d. R. J. conjung. l. 155. eod.* (2.) *l. 11. ff. d. R. I. Nov. 9.* ad quæ respondent Tabor *Jur. Elem. p. 2. th. 22. in èu Juri Joann. Andreæ quest. Mercur. in tit. d. R. I. qu. 21 n. 17. p. 664. Cothm. vol. 1. R. 63. n. 24. seq. Schurff. conf. 70. n. 14. cent. 1.*

§. V. Juri quoque divino tantum abest, ut refragetur, ut potius præscriptio rerum expresse approbata videatur *Jud. cap. 11. v. 26. 1. Macab. 15. v. 33. Althus. in Dicæol. lib. 2. cap. 6. n. 43.* Sic etiam is Juste possidet, qui autore prætoris possidet *l. 11. ff. d. Acquir. poss. tum*, quod quis legis autoritate possidet, Deo autore (qui hujusmodi politicas constitutiones probabili ratione factas approbat *Rom. 13.*) possidere juste judicatur. Dissent Ames. *lib. 5. d. Conscient. c. 41. Alciat. in Explicat. l. quinque pedum 5. C. finium regund.*

§. VI. In præscriptione vero delictorum, de qua hac vice ægimus, idem respondendum putamus, cum criminis accusatio odiosa sit, adeoque non amplianda, sed restringenda *c. 15. d. R. I. in 6to.* quibus accedit, quod qui tanto tempore à crimine abstinuit, impulsu potius & naturæ infirmitate, ignorantiave, quæ delictum minuunt, quam dolo & consuetudine videatur peccasse; ex sequentibus enim, præsertim quæ ad mores pertinent, præcedentis mirum in modum declarantur. Neque etiam hic minus, quam alibi poena quædam desidia constituenda erat *l. f. C. de pos. tum* quod hic eadem militaret ratio, nempe partim, ut coerceretur negligentia accusatoris, utpote qui sibi imputare debet, quod in tem-

pore non vigilaverit, cum jura vigilantibus sint scripta non dormientibus l. 6. §. 7. l. 24. inf. ff. quod in fraud: cred: partim, ut litium aliquis sit finis.

§. VII. Quid? quod hanc præscriptionem delictorum jure divino prohiberam haud legimus; unde cum Jcto Paulo ex l. 43. §. 1. ff. de Procur: argumentamur, quod non est prohibitum, permiffum intelligitur fac: l. 28. §. 2. ff. ex quibus caus: major: l. 5. ff. de probat: c. 4. dist. 3. ubiq; Gloss: quin & argumentum, ad fundandam hanc præscriptionem, inde desumi posse existimamus, quod *Nunci: c. 39.* ordinatum reperiat, quod homicidium aliquod causale committens, aufugere debeat in liberam aliquam civitatem, neque prius ex ea egredi, quam summus Pontifex mortuus fuerit, ita ut, eo mortuo, liber esse possit, ab ultore mortis occisi. Unde apparet tempus vitæ summi Pontificis constitutum ultioni mortis occisi, atque eo mortuo crimen quasi tempore præscriptum. Plura de æquitate præscriptionis qui desiderat, is adeat, Hug. Grot. de Jur. B & P. l. 15. §. 4. Et l. 2. c. 4. n. 2. Hug. de Roy. de eo quod jussum est l. 3. tit. 1. seqq. Valq. illu:tr: contr. l. 2. c. 51. n. 28. Gilken. d. præsc. p. 3. c. 11. n. 4. Balb. tr. d. præsc. prima part: princ. p. m. 15. seq.

§. VIII. Cum igitur nostra præscriptio vera ratione nitatur, a laciori studio rem ipsam aggredimur; & quaquam ad omnem tam realium quam personalium actionum præscriptionem etiam longissimi temporis b. f. necessaria, c. ult. X. d. præscr: c. possessor d. R. J. in 6to ita ut mala fides præscriptioni obstat, quantumvis possessor vel in præscriptione se fundans millium annorum millia intervenisse contendat, docente Cothm. vol. 1. Resp. 63. n. 61. Wesenb. cons. 14. n. 23. Andr. Gail. l. 2. obs: 18. n. 7 Decian. Resp. 2. n. 196. vol. 1. Myns. cent. 4. Obs: 6. & longo ordine allegat: à Cothm: d. l. ubi num: 32. eandem sententiam infinitis autoritatibus, tam legendo & docendo, quam consultando confirmantibus roborat, & contrariis respondet. Nostra tamen præscriptio b. f. nullam agnoscere videtur, ita ut actiones pœnales tempore legibus constituto intereant, quamvis is, qui illis obligatus est, teneri & debere se sciat l. 5. C. de injuriis quoniam hic non consideratur persona præscribentis; sed tantum negligentia non agentis, & insuper non homo; sed lex ipsa præscribit Cothm. Vol. 1.

Resp: 63.

Reff. 63. n. 7. § 62. Gabriel l. 5. d. præfer: concl: 3. n. 7. Balb. d. tr. 3. part: princ: part: alt. q. 13. n. 5. seqq. B. Dn. Mev. p. 2. decis: 163. n. 8. § ad Jus Lubec: l. 1. tit. 5. art. 1. n. 7. Welenb. conf. 8. n. 15. Cephal: lib. 3. conf. 700. n. 31.

§. IX. Temporis ergo diuturnitas caput fere est præscriptionis delictorum, & statuenda primum est ex L. 12. C. ad L. Cornel. de Falsis talis Regula: Quod omnis accusatio vel actio criminalis regulariter tollatur spatio 20 annorum, quam usu adeo receptam tradunt Carpz. p. 3. prax. Crim. q. 141. n. 8. Farinac. prax. Crim: d. Inquist. lib. 1. tit. 1. q. 10. n. 1. Clara lib. 5. præf. quest: 51. pr. Boer. decis. 16. n. 5. seqq. Balb. d. tr. p. 4. part: princ: q. 2. n. 1. ut si Judex reum præscriptionis exceptione se legitime defendentem condemnet, non solum malè & iniquè faciat, secundum Angel de Castro conf. Crimin. divers. 94. n. 19. in fin: lib. 1. sed etiam capite truncari debeat, si idem judicaverit & statuerit in reo Paris. conf: 196. n. 6. vol. 4. quem refert & sequitur Farin. d. l. n. 2.

§. X. Utrum autem hæc Regula etiam locum habeat in officio judicis nobili, atque adeo judicis quoque inquisitionem excludat? videri poterat non usque adeo expeditum, cum Gloss. in l. 12. C. ad L. Cornel. de falsi: lit. r. inquisitionem per triginta tantum annos excludi putet. Verum enim verò communior sententia hæc nobis suffragatur, à qua in Judicando non facile est recedendum Hartm. Pist. p. 1. q. 1. n. 12. Decius Conf. 105. n. 1. Clara l. 3. sent: §. Testament: q. 8. n. 7. Coth. vol. 4. Reff. 46. n. 44. Ut pote quæ non solum accusationem, sed etiam inquisitionem per vicennium extinguere vult, & id quidem ideo; quod (1) Officium Judicis nobile s. inquisitio succedat in locum legitimæ actionis l. pen: ff. d. publ. iud: l. 2. ff. ad Scum Turpil: l. 13. ff. d. divers. temp. præf. l. 2. C. d. Abolit: l. 1. ff. d. Jur: Fisc. c. 17. Et. 23. X. de Accusat: Gail d. pac. publ: lib. 1. c. alt: n. 33. Welenb. conf: 22. n. 6. Matth. de Afflic. § Injuri ade pac. tenenda n. 1 § 2. Farinac. prax. Crim: l. 1. tit. 1. q. 10. n. 3. Jul. Clar. d. q. 51. n. 2. Angel. d. Castro in conf. crim. diversorum conf. 94. n. 16. lib. 1. Surrogatum a. sapit naturam ejus, cui surrogatum est arg: l. 10. §. 2. ff. si quis caut. in Jud: ff. (2) Alias per indirectum concederetur, quod directò est prohibitum.

bitum contra *l. f. C. d. Usur. rei judicat.* (3) Omnes exceptiones, quæ accusatoribus opponi possunt, & contra ipsum judicem inquirentem locum habent. Hippol. *sing. 524.* Angel. Aret. *in tr. d. Malafic. verb. ejus bona publicamus q. 9 n. 23. incip. quero licet accusatio.* Thessaur. *decis. 203 n. 1.* Boët. *decis. 26. n. 2. 3. seqq.* Theodor. *in Coll. Crim. disp. 10 th. 7. lit. D.* Carpz. *p. Crim. p. 3. q. 141. n. 19. seqq.* Facit (4) quod crimina ipsa præscriptione excludi & extingui dicantur *d. l. 12. C. d. fals. l. 2. ff. d. Requir. Reis. l. 14. §. 6. ff. injur.* Cujac: *obs. 14. l. 4.* est enim exceptio peremptoria & litis finitæ. *l. 4. §. 7. C. d. præsc. 30. vel 40. ann. l. 1. 2. §. 3. C. d. annal. except. d. l. 2. ff. d. Req. Reis.*

§. XI. Qvin etiam (5) Vox QVERELA, quæ utuntur Imperatores Dioclet. & Maxim. adeo generalis est, ut omni omnino delationem comprehendat *arg. l. 2. de his qui sunt sui vel alieni Juris. l. 1. §. 1. ff. d. Offic. præf. Urb.* (6) In quolibet Magistratu ex officio procedere volente, eadem certat ratio præscriptionis, quæ contra privatum accusatorem, nempe negligentia, cum temporis continuatione conjuncta, sibi igitur imputabit, qui non in tempore officio suo functus est, nec jus reo jam natum ipsi invito, cessante juris autoritate, adimere debet, cum nec Imperator id possit *l. 1. ff. d. R. I. l. 4. C. d. LL.* Neque obstat, quod exceptio transactionis in criminibus, aut exceptio absolutionis ab instantia propter defectum probationis, mortisque accusatoris, non impediunt quo minus iudex ex officio procedere possit *Jur. Clar. §. fin. q. 51. n. 1. seqq.* est enim prorsus separata harum exceptionum à præscriptione ratio: non enim transactione & morte accusatoris delictum tollitur *l. 18. C. d. Transact.* ibique B. Du. Brunn. *n. 1.* sicut fit per præscriptionem *d. l. 12. C. d. fals.* ibique etiam Dn. Brunn. *n. 1.* & mortem rei. *l. 6. ff. d. publ. Jud. l. f. ff. ad L. Jul. Maj. privatorum* enim patris Juri publico non fit præjudicium vid. Carpz. *p. 3. prax. Crim. q. 141. ubi n. 23.* hanc ipsam sententiam præjudicii firmat. Et quidem in tantum hæc vera sunt, ut si statuto accusatori certum tempus ad accusandum præscriptum reperiatur, ultra illud tempus nec iudex possit inquirere, quod perpetuo menti tenendum, dicit Balb. *d. præsc. p. 4 p. 4. princ. q. 2. n. 3.* & tacite hæc subintelliguntur, etsi tantum mentionem faciat de accusatore: secus vero est, si inquisitioni certum terminum constituerit, tum enim accusator

fator illi termino non adstringitur; quanquam enim hæc de jure communi æqui parantur, hoc in loco tamen diversa ratio est; Judex enim agit de lucro captando, accusator vero de damno vitando, & hujus causa favorabilior, ideoque nisi restrictio expresse facta, non præsumitur; sed potius extenditur. *c. 15. d. R. J. in 6to Farin. d. l. n. 27.*

§. XII. Præmissa quoque locum sibi vindicant, non solum in delictis manifestis, sed etiam occultis; cum non à die scientiæ, sed delicti commissi præscriptio currere incipiat: tum (1) quod regulariter in longi temporis præscriptione non attendatur scientia vel ignorantia *l. f. C. d. præscript. long. temp. 10. vel 20. ann.* ibiq; Dn. Brun. cujus in publicis quidem delictis manifesta apparet ratio; quod alias non certum, sed incertum, imò incertissimum futurum sit præscriptionis tempus, quippe cum omnibus competat jus accusandi, si à cujusque privati scientia tempus illud demum currere statuamus: similiter in privatis nemo nisi plane supinus & stultus sciens offensionem inultam relinquet. Tum (2) quod hæc sententia communissima sit per not. à Clar. *lib. 5. §. fin. præct. Crim: quæst. 51. n. 5. Carpz p. 3. præx: Crim: q. 141. n. 24.* non obstantibus Boër *decis: 26. n. 16. Natt. Conf. 225. n. 2.*

§. XIII. Unde etiam sequitur quod ex capite ignorantie contra præscriptionem longi temporis restitutio in integrum concedenda non sit *d. l. f. C. d. præscr. l. 3. C. d. præsc. 30. ann. & leges (ut Dd loqui amant) servirent nobis devento, ac verbis potius, quàm rebus scripta esse viderentur contr. l. 2. C. comm: d. leg: Welenb. in π. ad tit: ex quibus caus. major: n. 10. Fachin. lib. 1. contr: 69. Vasq. lib. 1. contr illustr. c. 75. Harprecht. in §. ult. Inst. d. Usucap. n. 14. seqq. Pinell. in Auth: Nisi tricennalis C. d. bon: Matern. n. 59 Bach: ad π⁵]. lib. 4. tit. 6. c. 4. n. 8. & ad Treutl: vol. 2. disp: 11. th. 17. lit. A. Alexand. conf. 151. in fin. vol. 2. Covarr. in c. Mala fid. d. R. J. in 6to p. 3. §. 3. Vinn. ad §. 5. Inst. d. Act. n. 8. & quamvis in civilibus communis, & in præxi recepta sententia, contrarium defendat, ad stipulantibus Cardinale Tusch: tom: 6. præct: concl: lit: P. concl: 587. n. 3. 14. seqq Zanger d. Except: p. 3. c. 10. n. 227 seq. Boër. decis 39. n. 1 Gail. lib. 2. Obl. 19. n. 8 & aliis allegatis à Welenb. d. l. & Dn. B. Mey. ad Jus Lub. l. b. 1. tit 8. art 1.*

art. 1. n. 36. quam nos etiam merito sequimur, ne in notam B. Dn. Mev. p. 2. ad Jus Lub. tit. 1. ad rubr. n. 103. Cothm. vol. 2. conf. 78. n. 175. & Bruun. in l. 23. ff. d. LL. incidamus. In criminalibus tamen vix ac ne vix quidem praxis ista probabitur, contrarium attestante Carpz. all. q. 141. n. 24. seqq.

§. XIV. Sunt nonnulli, qui vim prædicta non exserere existimant, si ignorantia sit invincibilis; ex eo, quod nulla negligentia intervenisse videatur: ideoq; respectu occultorum delictorum distinguendum sit: si sc. delictum quidem occultum fuerit, nihilominus tamen per generalem & diligentem inquisitionem curia s. accusatoris potuerit in notitiam venire, nec tamen devenit: ita ut præscriptio tunc currat ignorantia, & hoc casu prædicta communis opinio locum habeat: quod si vero delictum adeo fuerit occultum, ut etiam si, quam fieri poterat, diligentissime investigaveris, non potuerit innotescere, eo casu cum nihil sit, quod tamen accusatori quàm curia possit imputari, præscriptio minimè à delicti die, sed scientiæ currere æquitati magis consentaneum sit Theodoric. in Coll. crim. disp. 10. th. 7. lit. D Regulæ tamen generaliter in hærent Bruun. in process. inquis. c. 11. n. 4. §. 5. Carpz. d. q. n. 24. seqq.

§. XV. neq; etiam regula nostra officium suum perdit, ubi post impletam præscriptionem reus crimen confitetur, tum quod præscriptio tollat obligationem ex delicto Boër decis. 26. n. 10. Decian vol. 1. R. 44. n. 30. tum quod confiteatur id, de quo contra eum inanis est actio l. 13. l. 14. §. 1. ff. d. Interrog. in jur. fac. cum, ut jam supra monuimus, non solum actio, sed ipsum delictum excludatur §. 10. n. 4. Mascard. d. probat vol. 1. concl. 357. n. 15. & conck 351. n. 5. Theodoric. in coll. Crim. disp. 10. th. 7. lit. D Farinac. d. q. 10. n. 14. Carpzov d. q. 141. n. 20. & hæc sententia verior Foller. in pract. crim. 1. part. tert. part. princ. vers. eisi confitebantur n. 30. & communis Bæro conf. 67. n. 13. vol. 3. Roland. conf. 94. n. 12. vol. 3.

§. XVI. Quemadmodum autem nulla regula adeo firma est, quæ non patiatur aliquam exceptionem; ita etiam hæc nostra variis modis limitatur, & quidem (1) in ACTIONE injuriarum, ubi omnis injuria, quæ ex edicto prætoris vindicatur,

ANNO

anno utili l. 14. §. 2. ff quod metus causa. Fransk Exercit: Just: q. 9.
Exerc. 12 Bach. ad Treutl. disp 30 lit. E. F. G Berlich. p. 5. concl.
69. n. 16 frustra dissentiente Wessenb disp. Instit: 43. tb. 19.
hauritur: sive sit injuria scripta, sive non scripta. Fransk d. l. in fin:
Wessenb. conf. 22. n. 7. quamvis praxis contrarium teneat, quo-
niam scriptura semper loquitur & est perpetua. Gail. l. 2. obs. 104.
n. 2. seqq. Wessenb. ff. d. injur. n. 13. ibiq; Hahn. Wurms. lib. 1. obs.
pract. Obs. II. tit. 47. n. 3. B. Dn. Mev. ad Jus Lub. lib. 4. tit. 4. art.
2. n. 8. Sive verbalis sit, sive realis, ita ut in specie nec injuria Ma-
gistratui illata excludatur, per tradita Berlich. decis. aur. 86. Notes
vero de Jure Lubecensi, quod mandans injuriam realem intra cer-
tum tempus ab eo momento, quo in civitatem venit, nempe intra
tres proximas Juridicas, in den nächsten dreyen Gerichts Tagen/ tan-
tum conveniri possit B. Dn. Mev. lib. 4. tit. 4. art. 2.

§. XVII. Quæ vero injuria lege civili vindicatur, perpetua est:
pr. Inst. d. perpet. & temp. act. quales sunt injuriæ, quæ ex lege
Cornelia vindicantur, quæ tribus casibus tantum obtinet, qui enu-
merantur in l. 5. ff. d. injur. §. 8. Inst. eod. Vid. Cœpol. conf. 70. n.
3. & 4. Rauchb: q. 48. n. 6. Farin: lib. 1. tit. 4. d. Carcerib. q. 27. n.
134. usque ad n. 138. quibus DD. addunt, quæ competunt ob inju-
stam torturam. Rauchb. l. 1. q. 49. Carpz p. 4. conf. 46. d. 5.
Hart. Pist. l. 4. q. 40. Sicuti quoque perpetuitas hæc extenditur
ad famosum libellum arg. l. 5. §. 10. ff. d. injur. cum vindicetur ex
Constitutione civili l. unic. C. d. famos. libell. & duret viginti an-
nos; Wessenb. eod. tit. in fin. ibique Hahn. Wessenb. conf. 22. n. 7.
Pet. Heig. q. 31. n. 14. seq: junct. n. 26. p. 2. & ad actionem ex l.
Diffamari §. C. d. ingen. Manum. quæ 30. annis demum expirat
Heig. q. 31. n. 20. p. 1. Berlich. p. 5. concl. 69. n. 14. Item ad inju-
riam Doctori illatam, quæ viginti annis terminatur. Berlich. d. l. n. 13.
De actione ad Palinodiam vide elegantissime differentem B. Dn.
Mev. p. 5. decis. 368. per tot. conf. Berlich. p. 5. concl. 69. Harprecht
ad §. fin: Inst. d. Injur. n. 17.

§. XVIII. Neque caliginem offundit textus generalis in
l. 5. C. d. injuriis ille enim textus de injuria, quæ ex edicto prætoris
vindicatur, intelligendus est, cum ea semper capienda interpreta-
tio sit, quæ legibus consentanea potius, quam quæ illas corrigat
B arg.

arg. l. 11. §. 1. ff. d. Mun. & honor: c. cum expediat d. Elect. in 610,
 quod & ipsa lex s. satis comprobatur, quoniam Imperatores de
 verbali injuria loquuntur, quæ sine dubio prætoriale est l. 15. §. 2.
 de injur. quælibet autem dispositio, quantumvis generalis,
 ex subjecta materia interpretationem accipit arg. l. 19. ff. d.
 Usufr. l. 4. ff. d. Usur. & l. 1. §. 3. d. V. O. l. 15. C. d. transact:
 Schurff. conf. 12. cent. 1. Wurml. tit. 46. obs. 1. Farinac. d. 9. 23.
 Hartm. Pift. l. 4. q. 20. n. 4. Fachio. lib. 9. contr. c. 7. Rauchb. q.
 48. n. 2. part. 1. Pruckm: conf. 22. n. 24. Brunn in C. ad l. 5. d. Inj.
 n. 12. Si vero quispiam nobis objicere velit l. 15. §. 6. ff. ad L. Jul.
 d. Adult: huic respondebimus, sensum legis esse, quod exceptio mi-
 noresnitatis haud possit opponi, qui suam injuriam vindicat.

§. XIX. Cæterum quæquam gravius puniuntur qui im-
 punitatem veteris admitti non emendationi, sed potius consuetu-
 dini deputaverint, elegantissimo textu in l. 3. in f. C. d. Episc: Aud.
 & universalis sit regula, quod alia maleficia & delicta, quæ cursu
 temporis sunt extincta, cum novis ad aggravandam pœnam possint
 cumulari Dyn: in l. si cur: §. ult. ff. d. Accus Nell. tract. d. Bannit:
 p. 2. temp. 1. n. 6. Decian. vol. 2. Resp. 27. n. 6 Jul. Clar. l. 5. §. fin.
 pract. Criminal: q. 51. n. 7. cum delicti iteratio pœnam augeat
 l. 28. §. 3. ff. d. pœn. l. 1. vers. si rursus causam querere ff. d. jur:
 patron: l. 8. §. 1. C. ad L. Jul. d. Vi publ. & furta præscriptione sub-
 lata, si sit iusto inductum sit, ut nisi pro tribus furtis nemo suspen-
 datur, de novo ad augendam delicti pœnam cumulari possint Ang
 gel. Arctin. tr. d. Maleficiis verb: & vessem caelestem n. 24. Jason
 in l. si idem cum eodem ff. d. Jurisd n. 5. vers. imo fortius tenet.
 quod & procedit, si statutum velit, ut pro iterato demum adulte-
 rio capitaliter puniatur, tum primùm lapsu temporis extinctum,
 cum iterato cumulari possit Ang d. Caffro conf. crim. 94. n. 10. lib. 1.
 Farin. lib. 1. tit. 1. q. 10. n. 6. Quæritur tamen, nume etiam inju-
 riæ antiquæ, præscriptione, vel alio modo extinctæ, ad aggravandam
 pœnam cum novis cumulari possint? Et videbatur per præ-
 missa dicendum quod sic: contrarium tamen verius est, cum re-
 gu a illa tantum vera sit in delictis, quæ natura turpia, & quorum
 macula & infamia in delinquentibus manet, etiamsi præscriptione
 sublata fuerint Bl. in Aub. sed novo Jure. C. d. serv. fug: n. 7. vers.
 quia ratione. Injuria autem non natura aut moribus civitatis non
 tatur

tatur, sed tantum sententia Judicis l. 5. C. ex quib. caus. infam. irrogat: ibique Brunnem. Goed. in l. 42. n. 9. ff. d. V. S.

§. XX. II. Perdit quoque officium suum regula in crimine Stellionatus arg. l. f. C. d. dolo Farin. lib. 1. tit. 1. q. 10. n. 28. III. In Actionibus popularibus pœnalibus, quæ anno terminantur l. f. ff. d. popul. act: vid. Hahn. ad Wesenb. eod. tit. in f. Struv. Ex. 14. tb. 32. Bach. ad Wesenb. eod: tit. n. 6. IV. In Crimine læsæ Majestatis, ubi ultra 20. annos durat jus accusandi & inquirendi Carpz. p. 1. prax: Crim: q. 141 & 29. Gab eo all. Gigas in tr. d. Crim. læs. Majest. lib. 1. tit: qualiter in Crim. læs. Majest. proc. quest. 29. Farin: lib. 1. tit. 1. q. 10. n. 29 Decian. lib. 7. c. 37. n. 23. quin imò cum omne crimen & pœna post mortem delinquentis extinguantur l. defuncto ff. d. publ. jud: Clar. lib. 5. §. fin. pract. crim. q. 51. n. 12. speciale tamen est in crimine læsæ Majestatis, ubi quis contra Imperatorem vel Romanum Imperium aliquid insidiosè molitus est, cum de eo post mortem etiam cognosci, procedi, & defuncti memoria damnari possit, quamvis juri accusandi & damnandi defuncti memoriam, post mortem quinquennio præscribi velit communis opinio arg: l. 2. C. d. Apost. Gail. d. pœs publ. lib. 1. c. 20. n. 9. Cœpol. lib. 3. Conf Crim. 17. n. 7. Clar. lib. 5. §. Læsæ Maj. n. 16.

§. XXI. Neque etiam V. regula procedit in crimine adulterii, sive suspiciamus adulterā, sive adulterum; illius namq; respectu vel 60 diebus vel 4. mensibus præscribitur. Sexaginta dies utiles præstituti sunt accusationi mariti & patris, intra quos licet jure mariti accusare, ita ut non inscribere olim cogerentur neque calumniam, ne pater quidem (l. 6. §. l. 30. C. ad L. Jul. d. Adult: l. 37. §. 1. ff. d. Minor arg. l. ult: ff. d. publ. Jud l. 14 §. 2 ff. ad L. Jul. de Adult: non obstante per l. 30. pr. ff. eod. Wissenb. p. 2. d. 34 tb. 25. Resol. à Bachov. ad Tr: vol. 2. d. 32 tb. 2. lit: G.) incurrat l. 11. §. 6. l. 14. §. 2. ff. l. 6. §. l. 30. C. ad L. Jul. d. adult. nihil obstruente l. 14. §. 3. ff. eod. cujus solutionem vide: apud Wissenb. p. 2. disp. 34 §. 24 quod non videtur correctum per Nov. 117 c. 8 §. 2. vid. Bachov. d. l. Brunn. ad Auth: sed Novo Jure C. ad L. Jul. d. Adult. Currunt autem hi dies in vidua à die admissi criminis l. 19. §. 5. ad L. Jul. d. Adult. in nupta vero à die divortii d. l. 30. §. 1. inter quos dies etiam

feriati & sexagesimus computantur, dummodo facultas praesidis
adeundi fuerit *L. ii. §. 6. l. 30. §. 1. ff. ad L. Jul. d. Adult. Maritus*
enim de Jure Veteri non poterat accusare uxorem adulterii, nisi fa-
cto divortio *l. ii. C. ad L. Jul. d. adult. Extraneus* vero non nisi ma-
ritum lenocinii accusasset *l. 26. ff. eod. tit.*: quod per *Nov. 117 c. 8.*
mutatum, ne sc. crimine non probato, sine justa causa matrimoni-
um rumpatur *Rittersh. ad Nov. p. 12. cap. 5. n. 9. Bach. d. l.*

§. XXII. Sexaginta vero diebus elapsis, extraneis jus ac-
cusandi conceditur intra quatuor menses *l. 4. §. 1. l. ii. §. 6. ff. ad L.*
Jul. d. adult.: ad quod etiam pater & maritus admittuntur; sed
jure extraneorum *l. 6. C. eod.* Quod vero mentio fiat sex mensium
in *l. 29. §. 5. ff. eod.* intelligendum est ut duobus jure mariti, qua-
tuor vero jure extranei agi possit *d. l. 4. §. 1. Gothofr. ad d. l. 29.*
§. 5. n. 65. Theodoric. disp. Crim. 6. tb. 3. lit. G. Menses autem hi
& utiles sunt *l. 4. §. 1. ff. ad L. Jul. d. Adult.*: ita tamen numerandi,
ne quinquennium continuum excedant *l. 29. §. 5. ff. ad L. Jul. d. A-*
dult. *Hinric. Boc. intr. d. Adult. c. 3. n. 130. Wesenb. in paratit*
ff. ad L. Jul. d. Adult. n. 18. Thoming. decis. 39. n. 10. Wiff. p. 2.
disp. 34. tb. 24.

§. XXIII. Respectu adulteri vero praescribitur quinquennio
a tempore commissi delicti *l. ii. §. 4. l. 29. §. 7. ff. ad L. Jul. d. A-*
dult. quod de Jure Saxonico correctum *const. 19 p. 4.* ibique *Carpz.*
& *in pr. Crim. q. 59. n. 21. seqq.* Sed num continuum, an util, in-
ter partes haeret dissidentes, utrum continuum esse non dubitemus
affirmare *per l. ii. §. 4. l. 29. §. 7. l. 31. ff. ad L. Jul. d. Adult. l. 5. C.*
eod.: *Boer. decis. 26. n. 12. Thoming. decis. 39. n. 5.* ubi per totam
decisionem contrariis respondet, & communem esse dicit *Pa-*
norm. in i. cum haberet. in 3. notab. De Jure Saxonico vid. *Ber-*
lich: concl. 27. n. 122. seqq. Carpz. p. crim. p. 2. q. 58. n. 8. seqq.
Notari tamen meretur, attendi quinquennium hoc ce tantum in
accusatione & inquisitione; nam contra mulierem (uti & contra
heredes) repetentem dotem perpetuo excipi potest, licet non fue-
rit accusata per maritum *Balb. d. praescri. 4. part. p. 4. princ. n. 9.*
ubi communem dicit vid. *Theodoric. d. l. Eckolt. ad tit. ff. d.*
Except. §. 24. Neque attenditur quinquennium istud, si adulte-
rium fuerit iteratum, tum enim ab ultima vice commissi criminis
hic aequè, ac in aliis successivis & reiterabilibus temporibus praescri-
ptio.

scriptionis currit Farin. *lib. 1. tit. 1. q. 10. n. 16.* Quinetiam secus est, si cum incestu junctum *l. 39. §. 5. ff. ad L. Jul. d. Adult.* quod 20. annis secundum regulam præscribitur *Clar. l. 5. §. adult. n. 20.* Nec locum habet, si agatur ad divortium, cui accusationi, quæ Spiritualis est, nunquam præscribitur *Theodoric. disp. crim. 6. tb. 3. lit. G. Farin. d. q. 10. n. 10.* Nec currit contra minorem *l. 15. §. 6. ff. ad L. Jul. d. Adult.*

§. XXIV. Limitatur porro VI. regula præmissa in Lenocinio, quod etiam quinquennio moritur *l. 29. §. 6. Theod. disp. crim. 6. tb. 3. lit. G.* Et VII. In stupro & fornicatione, si solitaria fuerit, nec conjuncta cum violentia *d. l. 29. §. fin. Berlich. p. 4. concl. 41. n. 68. Farin. all. loc. n. 18.* aut cum incestu *Boer. decis. 26. n. 13. Berl. d. l. concl. 35. n. 48. Carpz. p. 3. pract. Crim. 9. 141. n. 49.* quoties enim duo delicta sunt invicem permitta, magis perpetuum reducit ad sui perpetuitatem minus perpetuum *d. l. 29. §. fin. Boer. d. l. Wesenb. cons. 5. n. 33. p. m. 250.* neque stuprata agat ad dotem consequendam vel satisfactionem pro stupro illato *Mod. Pist. p. 3. q. 127. Theod. d. l.*

§. XXV. VIII. In Homicidio verò quid statuendum, non adeo liquet, cum maxima tam inter Theologos quam Jctos de eo sit disceptatio. Sunt qui nullo tempore posse præscribi putent, cum tam atrox sit delictum, ut nec princeps, nisi summa & publica salus periclitetur, gratiam facere possit, *Danzus in Ethicæ Christiana l. 2. c. 13. Farinac. l. 1. t. 1. q. 6. n. 15. Gail. l. 2. Obs. no. n. 19. Petr. Theodoric. in coll. Crim. disp. 10. tb. 7. lit. b. Eckold. in comp. pand. tract. ad l. Corn. d. sic. §. 6. & 7.* Aliis argumenta negantium non satisfaciunt per ea quæ tradit *Glæf. d. Grat. delinq. fact. Memb. 5. art. 86. caus. 21. in fin. Thessaur. decis. 208. n. 3.* distinguere placet inter homicidium voluntarium, quod ipsi est vel tractatum & cum animi deliberatione, & ut vulgò dicitur pensatum; vel voluntarium quidem, sed non tractatum, nec factum, cum deliberatione animi de occidendo; ita ut primo casu, ubi si est tractatus (ut in assassinio) vel deliberatio animi, non habeat locum præscriptio *Marf. in l. qui falsam §. accusatio column. 1. & 2. d. falsif.* Secundo vero casu, ubi quis aggreditur inimicum, casu re-pertum, & non data opera perquisitum, ut eum offenderet *Farinac.*

q. 126. n. 8. huncque nudato ense percussit, non forte animo occidendi, sed vulnerandi, licet sequatur homicidium, cum vulnera non dentur ad mensuram c. f. d. homicid. in 6to. locus sit præscriptioni: id quod in terministenuit Dec. inter cons. crim. Ziletti lib. 1. cons. III. n. 21. quamvis dissentiat Balb. p. 4. 4 part. d. præscr. q. 2. n. 2. Vid. etiam Brun. in l. 12. C. d. fals.

§. XXVI. IX. Non attenditur regula in Crimine Parricidii, cujus accusatio & inquisitio nullo tempore excluditur l. f. ff. d. parric. l. 13. ff. d. Scto Siliano Duaren. ad tit. ff. ad L. Pompej. d. Parricid. in fin. Decian. tr. Crim. lib. 9. c. 6. n. 10. & c. 14. n. 2. Farin. q. 126. n. 138. X. In Crimine falsæ monetæ, & suppositi partus, quorum accusatio nulla temporis præscriptione depellitur. l. 19. §. 1. ff. ad L. Cornel. d. fals. Theod. disp. crim: 8. tb. 7. lit. b. Wefenb. ad L. Corn. de fals. n. 11. XI. In Crimine Apostasias & Hæreseos l. 2. §. 1. 4. C. d. Apostasie cum sint delicta permanentia & continua, non potest esse locus præscriptioni, quæ demum inchoatur à tempore cessantis delicti, Perez. in Cod. tit. d. Accus. & inscript. n. 18. & quidem in Crimine Apostasias inter vivos nullo tempore; post mortem vero quinquennio accusatio præscribitur l. 2. C. d. Apost. Damhoud. pr. Crim: c. 61. n. 49. de Crimine vero hæreseos intra quadraginta annos post mortem potest cognosci c. 2. d. præscr. in 6to. vide hæc elegantissime explicantem Gomez in resol. tom. 3. c. 1. d. delictis n. 18. quem sequitur Farinac. d. l. 9. 10. n. 82. XII. In peculatu, qui quinquennio præscribitur l. 7. ff. ad L. Jul. pecul: XIII. In Crimine concussionis, abortus, & si quæ sunt simili, enormia & excepta crimina, quæ nullo tempore præscribuntur vid. de his Farin. lib. 1. tit. 1. q. 10. n. 29. & 30. Carpz pr. crim: p. 3. q. 141. n. 52.

§. XXVII. XIV. Fallit quoque regula in criminibus executionem ordinis, vel beneficii retentionem, etiam post peractam pœnitentiam impredientibus; item in pœnis & causis Spiritualibus, in quibus animæ periculum vertitur & per inquisitionem proceditur c. 21. X. d. Accus. Boer. decis. 26. n. 7. & 8. Clar. d. q. 51. Farin. d. l. n. 31. & 32. Iguat. Lopez. pr. crim. can. c. 150. XV. Quando agitur de pœ-

de pœnitentia peragenda, ubi ne quidem centum annis præ-
 scribitur, Boër *decif.* 26. n. n. Thes: *decif.* 298. n. 1. In aliis delictis
 etiam de Jure Canonico juris civilis præscriptio locum habet, cum
 non sit correctæ c. 1. de Operis nov. nunt. XVI. in delictis In-
 choatis arg: l. 15. §. 4. ff. quod vi aut clam: Ferrand: Gurgias
inter conf: crim: Zilletti conf: 124. n. 14 XVII. In delictis futuris,
 cum delinquendi licentiæ non præscribatur arg: l. 3. in f. C. d. Episc:
Aud. XVIII. In actione Civili, quæ triennio, uti & in ac-
 cusatione & inquisitione instituta quæ intra biennium fi-
 niri debent l. 13. C. d. Judiciis ibique Brunn. n. 1. Et l. 3. C. ne intra
 certum temp: Trentacinquius *var: resol: l. 2. Resol: 4. d. Judiciis n.*
4. §. 6. seqq ubi multis casibus limitat. De Jure Canonico qui-
 dam instantiam biennio non fieri dicunt per c. venerabiles 20. X.
d. Judic Sichard. tamen ad l. 13. C. d. judic. non expresse eo jure
 dictam l. 13. derogatam esse existimat, cui etiam cum De Brunn.
ad d. l. 13. C. d. judic. n. 58. seqq. subscribimus. Hoc utique cer-
 tum, in Camera Imperiali terminum legis civilis non observari; sed
 in multos sæpe annos extrahi Myof. *lib: 2. Obs. 48.* Andr: Gail. *l. 1.*
obs: 128. n. 3. §. Obs: 141. n. 7. §. lib: 1. d. P. P. c. 9. n. 15 Quod etiam
 in plurimis Germaniæ judiciis observatur, ut proinde, teste Joann.
 Zang. *in er. d. Except. p. 1. c. 1. n. 70. vers: hoc tantum*, quæ Do-
 ctiores nostri de materia instantiæ triennii in causis civilibus, & bi-
 ennii in causis criminalibus, & de exceptione peremptæ instantiæ
 anxie & copiose disputant, nullum hisce temporibus videantur ha-
 bere usum; verum enim vero cum Stephano Nathenio *d. Iust: 3.*
vuln. p. 2. tit. 2. c. 5. Hillig. *in Donell: lib: 26. c. 2. lit: Q.* & Brunn:
in d. l. 13. omnes, qui lites abominantur, constitutionem Imp. Ju-
 stin: in usum revocari optant. XIX. In actionibus civili-
 bus ex delictis descendentes, quæ durant usque ad 30. an-
 nos, secundum communem Dd. opinionem Farinac: *pr. Crim: 3.*
lib: 1. tit: 1. q. 10. n. 34. Jul. Clar: *in pr: §. ult: q. 51. n. 2 in fin:*
 Carpz *p. 3 q. 141. n. 60.* ubi & dicta ampliat. In puncto juris tamen
 videretur dicendum, etiam 20. vel tot annis, quot præscribi-
 tur criminali, civilem ex delictis actionem terminari, cum præscri-
 ptio ipsum crimen tollat per *superius dicta §. 10. n. 4.* jam vero &
 civilis actio fundatur in delictis, per *vulgaria*; sublata igitur causæ
 tollitur

tollitur effectus; quibus adjicit calculum Wesenb. *conf: 5. d. præscript: n. 32. pag: m. 250.*

§. XXVIII. Tempus autem præscriptioni delictorum præstitutum sine interruptione de momento in momentum currit, nisi specialiter aliquod exceptum sit Theflaur *d. 208. in fin: Carpz: d. l. n. 68. Rauchb. q. 28. n. 1. B. Dn. Mev. ad Jus Lub. lib: 1. tit. 5. art: 1 n. 17.* & si interrumpatur præscriptio, effectum suum perdit *c. 8. X. d. præscript: Interrumpitur autem omnis præscriptio vel Naturaliter vel Civiliter: Naturaliter dicitur præscriptio interrumpi, quando deficit aliquod requisitum ad substantiam præscriptionis: Civiliter vero, quando aliquid de naturalibus & substantialibus non deficit, sed alius aliquis actus celebratur, qui de jure Civili interrumpit præscriptionem: vide elegantissime pertractatam hanc materiam de præscriptionis interruptione Balb. *tert. part: Sext: & ult: princ: tr: d. præsc: per tot.* Nostra præscriptio quoad accusationem criminalem per solam accusatoris querelam, seu libellum accusationis, vel inquisitionem interrumpitur, quemadmodum tradunt *l. 11. §. 6. & l. 29. §. 7. ff. ad L. Jul: d. Adult: Carpz: d. l. n. 53 seqq. Farinac: d. l. n. 28. Boer: decis: 26. n. 15.* etiam si in fuga sit, constitutu, & ipsius rei copia fieri non possit *Carpz. d. l. n. 56. ubi præjudicio firmat.* Quoad actionem civilem verò sola libelli oblatio non sufficit; sed insuper citatione opus est *l. 3. verb: fuerit subsecuta &c. C. d. præscr: 30. vel 40. an: nor: ibiq; Brunn.* cum nostra præscriptio sit fundata in odio & negligentia non agentis, quæ negligentia cessat, cum mittit executorem *Balb. tr. d. præsc. d. l. n. 4.* Multo magis interrupta dicitur præscriptio per condemnationem *Farinac: d. l.* Durante autem interruptione tempus præscriptionis (dummodo reus non fugerit *Carpz. d. l. n. 56.*) currit à die interruptæ præscriptionis *l. 32. §. 1. ff. d. Serv: præd: Urb* non tamen præscriptio per condemnationem interrupta à tempore condemnationis denuo currere incipit, sed ab eo die quo iterum in potestatem Magistratus devenit. *Farinac. d. l. n. 28.**

§. XXIX. Quod si vero dicto modo non fuit interrupta præscriptio, liberum à delicti pœna reum præstat; sed numne hoc fiat ipso jure, an vero ope exceptionis, quæritur. Et si uspiam alib, hic profecto quam maxime JCrissimi decernant: *Berlich: p. 4. concl.*

concl: 27. n. 129. & Theodoric: in Coll: crim: diff: 10. hb: 7. lit: D. putant exceptionem etiam si non opponatur, sed appareat saltem ex actis, quod præscriptio sit completa, à giudice attendendam esse. Boërius vero in decis: 344. n. 8. & alii existimant, exceptionem præscriptionis semper opponendam esse, judicemque eam, si velit, suapte sponte attendere posse, non tamen teneri parte non opponente l. 40. pr: ff. d. Judic. l. 4. §. 8. ff. d. damno infecto, eo quod ipsa l. 19. ff. d. pœnis ad æquitatem respicere videatur, cum ait *debebit*, & quod debeat opponi & non ipso jure nulla sit actio, ex eo inter alia liqueat, quod in l. 12. C. d. fals: dicatur excludi, quod verbum propriè de exceptione prædicatur l. 2. ff. de Except: vid: Balb: d. tr: prim: part: Princ: q. 8. Boër d. l. ubi in utramque partem hæc disputat: prior tamen sententia in Camera Spirensi præfertur teste Myns: cent: 3. Obs: 38. in fin: Singulare autem in hac exceptione notes, quod possit post definitivam sententiam opponi, & si opponatur, ab executione reum liberare Fann. l. 1. tit: 1 q. 10. n. 35. Berlich: p. 1. conclus. 84. n. 14. vid: etiam Zang: d. Except. p. 3. cap. 26. n. 54. seqq.

§. XXX. Sed anne effectus præscriptionis talis est, ut etiam tempore illo elapso excuset in conscientia & coram Deo, etiam si delictum nulla subsecuta sit pœna? & respondendum videtur quod sic: tum quod legum civilium observantia conscientiam tutam & securam præstet; Rom: 13. vers. 2. & 5. 1. Pet: 2. vers: 13. seqq. vid: Gœd. d. Contr: et. committ. stipul. c. 7. n. 290. modo dum præscribitur, animi pravitatem mutet, & veram pœnitentiam agat; alias quoad pœnitentiam peragenda & in foro conscientie, nullum tempus est præfixum & nunquam præscribitur in delictis, uti monitum supra §. 27. n. 15. & patet arg: c. 18. can. 24. q. 3. Gloss. sing. in c. admonere 33. q. 2. verb: pœnitentia & Panorm. in c. cum haberet in 3. not. extr. de eo qui dux in matrim. quod non currat præscriptio in peccatis, quo minus saltem in foro animæ imponatur pœnitentia pro delicto: cum & tanto graviora sint peccata, quanto diutius infelicem animam detinent alligatam cap. fin. X. de consuet. quo etiam videtur inclinare Tuschus concl. præct. 573. n. 11. vol. 6. & concl. 202. n. 4.

§. XXXI. Ceterum si præscriptio completa non est, sed vel 8. vel 10. Farinac. d. l. n. 85, à tempore commissi delicti præterlapsi

C

sunt


sunt anni, diceres forte, temporis illam diuturnitatem, cum non plane excludat poenam, illam tamen mitigare: regulariter tamen temporis diuturnitatem poenam non mitigare statuimus, cum hoc nullibi dispositum reperiatur, nisi aliae circumstantiae (scilicet quod reus per longum temporis spatium in carceris squalore fuerit detentus, vel ultra modum tortus, vel postea bene vixerit Theſ. decis. 76. n. 5.) accedant Carpz d. l. n. 70. seqq. Farinac. d. l. n. 84. seqq. Neque obstat l. 25. pr. ff. d. poenis. Resp. enim ibidem vocabulum REATUS non debere explicari pro delicto, ita ut diuturnitas temporis consideretur à die commiſſi delicti; sed REATUS status rei intelligitur non simpliciter solum postulati, sed etiam, condemnati & in vinculis agentis, aut certe statum sordidum reorum, cujus meminit l. ult. ff. ad L. Jul. Maj. l. 7. §. 2. ff. d. bon. damn. l. 3. §. 9. ff. d. Muner. Goth. ad. d. l. 25. n. 35. quem sequitur Carpz. d. l. n. 81. ubi n. 82. eandem praescriptam firmat. quamvis dissentiat Farin. d. l. n. 89. inf. vid. d. hac quaest. Clar. lib. 5. §. 5. pr. pr. cr. q. 14 n. 13. §. 9. 60. n. 32. confer. Glaser. d. Grat. delinq. fac. Membr. 5. artic. 86. caus. 21.

§. XXXII. In calce adhuc enodanda quaestio est, an delictorum praescriptioni renunciari possit? & videtur respondendum quod sic: quoniam (1) in favorem praescribentium est introducta, jam vero favori pro se introducto unusquisque renunciare potest l. 41. ff. de Minor. quia (2) Ob negligentiam non agentium introducta sup. §. 8. & sic odiosa, adeoque restringenda c. odia d. R. J. in 6to. (3) Invito beneficium non datur l. 69. d. R. J. Balb. tr. d. praesc. §. 1. a part. 5. princ. q. 6.

Hæc de praesenti materia dixisse sufficiat, nihilque, cum Ampliſſ. Facultat. Jurid. statutum hic terminare jubeat, adscribendum, nisi

SOLI DEO GLORIA.





a peragenda, ubi ne quidem centum annis præ
decif. 26. n. n. Thef: decis. 298. n. 1. In aliis delictis
anonico juris civilis præscriptio locum habet, cum
i. de Operis nov. nunt. XVI. in delictis In-
15. §. 4. ff. quod vi aut clam: Ferrand: Gurgias
Zilletti cons: 124, n. 14 XVII. In delictis futuris,
licentiæ non præscribatur arg: l. 3 in f. C. d. Episc:
in actione Civili, quæ triennio, uti & in ac-
quisitione instituta quæ intra biennium fi-
d. Judicis ibique Brunn. n. 1. Et l. 3. C. ut intra
centacinquies var: resol: l. 2. Resol: 4. d. Judicis n.
multis casibus limitat. De Jure Canonico qui-
ennio non fieri dicunt per c. venerabiles 20. X.
tamen ad l. 13. C. d. judic. non expresse eo jure
ratam esse existimat, cui etiam cum Dn Brunn.
dic. n. 58. seqq. subscribimus. Hoc utique cer-
perciali terminum legis civilis non observari; sed
nos extrahi Myof. lib: 2. Obs. 48. Andr: Gail. l. 1.
141. n. 7. Et lib: l. d. P. P. c. 9. n. 15 Quod etiam
niæ judicis observatur, ut proinde, teste Joann.
ept. p. 1. c. 1. n. 70. vers: hoc tantum, quæ Do-
ateria instantiæ triennii in causis civilibus, & bi-
nialibus, & de exceptione preceptæ instantiæ
putant, nullum hisce temporibus videantur ha-
nem vero cum Stephano Nathenio d. lustr:
Hillig. in Donell: lib: 26. c. 2. lit: Q & Brunn:
ui lites abominantur, constitutionem Imp. Ju-
ari optant. XIX. In actionibus civili-
descendentibus, quæ durant usque ad 30. an-
munem Dd. opinionem Farinac: pr. Crim:
34. Jul. Clar: in pr: § ult: q. 51. n. 2 in fin:
60. ubi & dicta ampliat. In puncto juris tamen
3, etiam 20. vel tot annis, quot præscribi-
m ex delictis actionem terminari, cum præscri-
ollat per superius dicta §. 10. n. 4. jam vero &
in delictis, per vulgaria; sublata igitur causa
tollitur